

Quod in opera suscepta studioque nihil remisimus, aliud jam Regestorum Volumen, idque tertium, ad annum MCCLXXV. usque feliciter perfectum, ut erat in votis, licet offerre.

Atque nos cum laudi nobis tributae, tum iis, in quibus ex aequo et jure moniti videbamus, pretium suum statuentes, quippe qui non nisi verissima quaeque et rectissima cupiamus proferre, ad pagellas hisce annexas selecta dedimus, quae per id temporis intervallum in evolvendo et recogno-

scendo utroque Volumine, primo et secundo, emendanda et explenda ultro se nobis obtulerunt.

Quodsi Deus vitam viresque concesserit, nulli dubitamus, quin intra anni spatium quartum Volumen et postremum, cum mantissa Supplementorum, sicut promisimus, simus exhibituri. In quo sane maxime erit quod laetemur, navatam sic et effectam esse operam, ad quam sese accingere et parare, opusque subire tandem, res iam satis anceps atque ardua potuerat haberi. Dabam Onoldi Kalendis Majis MDCCCXXV.